cedunt: sicut tede ignis accense. De na-
bus eius procedit fumus. sicut olle succense
que ferventis. Alitus eius prunas arde-
facit. et flamma de ore eius egreditur.
collo eius morabitur fortitudo. et faciem
us precedet egestas. Membra carnium
us coherentia sibi. mittet contra eum ful-
mina. et ad locum alium non ferentur.
or eius indurabitur quasi lapis. et strin-
getur quasi malleatoris incus. Cum sub-
atus fuerit, timebunt angeli. et territi pur-
gabuntur. Cum apprehenderit eum gladius:
bsistere non poterit neque hasta neque tho-
rax. Reputabit enim quasi paleas ferrum:
quasi lignum putridum es. Non fugabit
m vir sagittarius. in stipulam versi sunt
pides funde. Quasi stipulam estima-
malleum. et deridebit vibrantem hastam.
ub ipso erunt radii solis: sternet sibi
rum quasi lutum. Fervescere faciet quasi
lam profundum maris. et ponet quasi cum
guenta bulliunt. Post eum lucebit semi-
estimabit abyssum quasi senescentem.
on est super terram potestas que compare-
tur ei. qui factus est ut nullum timeret. Omne
ublime videt. et ipse est rex super omnes
filios superbie. Respondens autem iob
domino dixit. Scio quia omnia potes. et nul-
la te latet cogitatio. Quis est iste qui celat
consilium absque scientia. Ideo insipienter
locutus sum. et que ultra modum exce-
derent scientiam meam. Audi et ego
loquar. interrogabo te et ostende michi.
Auditu auris audivi te. nunc autem
oculus meus videt te. Iccirco ipse me repre-
hendo. et ago penitentiam in favilla
et cinere. Postquam autem locutus est
[illegible] dixit ad eliphaz

locuti coram me rectum sicut servus meus
iob. Sumite igitur vobis septem tauros
et septem arietes. et ite ad servum meum
iob. et holocausta offerte pro vobis. Iob autem
servus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipi-
am. ut non vobis imputetur in stulticiam. Neque
enim locuti estis ad me recta. sicut servus
meus iob. Abierunt ergo eliphaz themanites
et baldad suites. et sophar naamatites. et
fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos.
et suscepit dominus faciem iob. Dominus quoque con-
versus est ad penitentiam iob. cum oraret
ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia
quecumque fuerant iob duplicia. Venerunt
autem ad eum omnes fratres sui [illegible] universe soro-
res sue. et cuncti qui noverant eum prius
et comederunt [illegible] domo ei.
et moverunt super eum [illegible]
eum super omni malo quod in[illegible]
super eum. Et dederunt ei unusquisque ovem
unam. et inaurem auream unam. Dominus
autem benedixit novissimis iob magis quam
principio eius. et facta sunt ei xiiii milia
ovium. et sex milia camelorum. et mille
iuga boum. et mille asine. Et fuerunt ei
septem filii et tres filie. et vocavit nomen
unius diem. et nomen secunde casie. et nomen
tercie cornus tibii. Non sunt autem inven-
te mulieres speciose sicut filie iob. in uni-
versa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter
fratres earum. Vixit autem iob post hec
cxl annis. et vidit filios suos et filios filiorum
suorum usque ad quartam generationem.
et mortuus est senex et plenus dierum. Explicit iob.
Iob quoque exemplar patientieque misteria
suo sermone non complectitur. Prosa inci-
pit. versu labitur. pedestri sermone finitur.
Omnesque legis dialectice [illegible] propositione assump

1578
xxxij.

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/98, fol. [2]v – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/68054)